UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Pelusiotis. 176.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

σε καὶ ἀξίαν ὀδύραιτο, καὶ σαυτὸν ἀπολλύοντα, καὶ πολλοὺς ἀχρειοῦντα, οἷς ἡ νεότης τὴν εὐκολίαν εἰσποιεῖται συμφέρουσαν.

Κυρηνίῳ ἡγεμόνι. ροδ.

Χάρτην ὑμῖν οἱ πολῖται πεπόμφασι, προσπαγέντα τῆς ἐκκλησίας ὡς ἔφησαν, πρὶν ἐπιβῇς τῆς πόλεως. ὃς καὶ ἀπολογίας πάντας γυμνοῖ, καὶ τῆς ἐν ἐκκλησίᾳ φυγῆς. ὅπερ οὐ μόνον ἀπηνείας ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἀσεβείας ἔχει ὑπόνοιαν. εἰ γὰρ ἀπολογίας οὐ μεταδιδοὺς, οὐδὲ φυγὴν πρὸς θεὸν ἐνδιδοὺς, καὶ συκοφάντας ἐστόμωσας, καὶ ἀδικίας ἐπλήθυνας. πῶς οὖν φωράσεις τὸ δίκαιον, πῶς σώσεις τὸν ἀδικούμενον, ὃς ἵνα μὴ ἔργον δυνατοῦ γένηται, ἀπορῶν δικαστοῦ τοῦ ἀμύνοντος, πρὸς τὸν ἀχείρωτον ἔδραμε σηκόν. ἡ δὲ σκῆψις ἐστὶ, τῆς τοῦ δικαστηρίου πράσεως ἡ ἀπόφασις. ὑπόβηθι τὴν ἀπήνειαν, καὶ ἕξεις τὸ πρατήριον εὐμαρέστατον.

Τῷ αὐτῷ. ροε.

Καὶ τὰ μέτρα ἑαυτῶν ἐπιστάμεθα, καὶ ἐλέγχειν τοὺς πονηροὺς προβεβλήμεθα. εἰ δὲ τὴν φράσιν φεύγεις ὧν πράττεις, παῦσαι τὴν πρᾶξιν, καὶ οὐκ ἔσται ἡ φράσις. ὃ γάρ τις ποιεῖν οὐκ αἰσχύνεται, τοῦτο μὴ ἀλυέτω καλούμενος. εἰ δὲ καὶ μόνη ἡ κλῆσις ὕβρεώς ἐστιν ἕξις, ταύτης ἡ πρᾶξις πῶς οὐκ ἂν γενήσεται ὕβρις.

Πηλουσιώταις. ροϛ.

Ὁ καλὸς κυρήνιος, αὖθις κατακοσμεῖ τὸ πρατήριον. οὐ γὰρ ἂν φαίην κριτήριον. εἰ μὴ δοκίμου καὶ ἀκιβδήλου νομίσματος μόνον ὁ ὑπὲρ κλεμμάτων κομίζεται. πράξετε τοίνυν βελτίονα, αὐτῷ μὲν πόρους μὴ φέροντες, ἑαυτοῖς δὲ βρόχους μὴ πλέκοντες.

domos luſtras, ecquis te ſatis dignè deplorare queat, qui & exitium tibi ipſi infers, & multos inutiles reddis, nimirum, eos quibus iuuenilis ætas noxiam leuitatem aſciſcit.

Cyrenio duci. 174.

Chartam nobis ciues miſerunt, pro eccleſiæ foribus fixam, vt inquiebant, antequàm vrbem ingredereris, quæ & omnes purgandi ſui poteſtatem adimit, & perfugium in eccleſiam claudit. Quod quidem non ſolùm crudelitatis, ſed etiam impietatis ſuſpicionem habet. Nam ſi nec cauſæ dicendæ poteſtatem facis, nec fugam in eccleſiam permittis, nimirum hac ratione, & calumniatores exacuiſti, & iniuriarum numerum auxiſti. Quonam igitur pacto ius & æquum deprehendes? Quonã pacto ei, cui iniuria infertur, conſeruabis? qui, ne à potente aduerſario conficiatur & opprimatur, quòd iudicem non habeat, qui ſuas iniurias vlciſcatur, ad inexpugnabile templum confugit? Prætextus porrò eſt, venditionis iudicij ſententia. Crudelitatem ſubi: & perfacilem mercatum habebis.

Eccleſiæ aſyli ius eripere, impium.

Eidem. 175.

Et modulum noſtrum exploratum habemus, & eo loco poſiti ſumus, vt coarguendos improbos habeamus. Quòd ſi eorum, quæ facis, commemorationem fugis, actioni finem impone, & commemorationi locus non erit. Nam quod quis facere non erubeſcit, non eſt cur mœrore conſternetur, cùm id appellatur. Quòd ſi ſola quoque appellatio contumeliæ habitus eſt, an nõ eius actio cõtumelia exiſtet?

Vitioſus à vitio ſuo appellari moleſtè ferre non debet.

Peluſiotis. 176.

Præclarus ille Cyrenius mercatum rurſum exornat. Non enim tribunal dixerim, niſi probæ duntaxat minimæque adulterinæ pecuniæ, quam pro furtis accipit. Rectiùs itaque feceritis, ſi ipſi quidem prouentus minimè feratis, vobiſipſis autem

reſtim minimè nectatis. Veſtra enim felicitas, infelicitas ipſi erit.

Euſebio Epiſcopo. 177.

Nunc malo ſtatu Peluſiotarum res ſunt, cùm publicorum quoque negotiorum adminiſtratio,eodem,quo eccleſiaſtica morbo laborat. Nam & mirificus vir Cyrenius præſidis dignitate cinctus ad nos deuolauit,& celebris vir Euſebius paſtoris munus ſuſcepit,& Maro diſpenſatoris officio fungitur, & Panſophius Archidiaconatũ gerit:ille nimirum iudicia vendens , iſte autem vocationes pretio addictas habens, hi autem adminiſtram ipſi operam nauantes,& ſtudentes. Ac beatus qui non fuerit ſcandalizatus in vobis. Deſinite itaque, ô ſocordes ac negligẽtes:ne profanum quoque iudicem culpa liberetis,in vos intuentem,ac nullis lucris parcentem.

Matt. 11.

Rufino. 178.

Aut Peluſiotarum ſcelera, aut grauiſſima Romanorum negotia, quæ tu placidè gubernas,hoc effecerunt, vt te, liberaliſſimum benefactorem,fugerit, quonam pacto Cyrenius præſidis dignitatem arripuerit,atque hîc rurſum atrocem in modum res adminiſtret. Nam venditiones graues ſunt,paupertates magnæ, iniuriæ crebræ: nec eccleſia opem huic malo ferre poteſt. Ius abſceſſit:lex ignoratur: terror iis, qui non pra bent, iniicitur: longinquitatem, earum rerum, quas perpetrat, ſubſidium habet. Quocirca aut eum potentia exturba:aut illud ſcito,ſi vrbem eam, cui tu ſæpe ſaluti fuiſti,perire ſinas, te vnà cum eo, coram Deo iudicium ſubiturum.

Cyrenij iniquitas.

Lycænæ. 179.

Si in viduitate perſtas, ne iuuenilem in modum te geras. Quòd ſi & ornatè atque eleganter induta es, & luctus nomen obtines,hæ duæ res parum inter ſe conſonãt. Aut igitur alterum relinque:aut pudorem ac verecundiam contumelia ne affice.

ἡ γὰρ ὑμετέρα εὐπραγία, ἔσω αὐτῷ δυσπραγία.

Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ. ροζ.

Νῦν πονηρῶς πράττει τὰ πηλουσιωτῶν, ὅτε καὶ τῶν πολιτικῶν ἡ διοίκησις ὁμοίαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόσον περιεβάλετο. καὶ γὰρ καὶ ὁ θαυμαστὸς Κυρήνιος κατέπτη τὴν ἀρχὴν ἐνημμένος. καὶ ὁ περιβόητος Εὐσέβιος, τὴν ποιμαντικὴν ἐμπεπίστευται. καὶ Μάρων οἰκονομεῖ, καὶ Πανσόφιος ἀρχιδιακονεῖ· ὁ μὲν, τὰς κρίσεις ἀπεμπωλῶν, ὁ δὲ τὰς κλήσεις διαπωλῶν. οἱ δὲ ὑπουργοὶ ὄντες καὶ σπουδασταί. καὶ μακάριος ἐστὶν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ὑμῖν. φείσασθε οὖν ἀπρόσοχοι, μὴ καὶ τὸν ἔξω δικαστὴν ἀπολύητε τῆς αἰτίας εἰς ὑμᾶς ἀφορῶντα, καὶ τῶν κερδῶν ἀφειδοῦντα.

Ρουφίνῳ. ροη.

Ἢ τὰ πηλουσιωτῶν ἁμαρτήματα, ἢ τὰ ῥωμαίων μέγιστα πράγματα, ἃ διέπεις εὐμενῶς, λαθεῖν σε τὸν παναρκῆ εὐεργέτην ἐποίησεν, ὅπως Κυρήνιος τῆς ἀρχῆς ἐπελάβετο. καὶ πράττει τὰ ἐνταῦθα πάλιν χαλεπῶς. αἱ γὰρ πράσεις σφοδραί, αἱ πτωχεῖαι πολλαί, αἱ ἀδικίαι συχναί, ἡ ἐκκλησία οὐχ οἵα βοηθεῖν. ἀπέβη τὸ δίκαιον, ὁ νόμος ἠγνόηται· ὁ φόβος τοῖς μὴ παρέχουσι, τὸ μῆκος ὅπλον ἔχει ὧν δρᾷ. ἢ παῦσον αὐτὸν τῆς δυνάμεως, ἢ ἴσθι συναπολαύσων αὐτῷ, ἐπὶ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ κρίματος.

Λυκαίνῃ. ροθ.

Εἰ τῇ χηρείᾳ ἐγκαρτερεῖς, μὴ πρᾶττε νεώτερα. εἰ δὲ καὶ κόσμον περίκεισαι, καὶ πένθους ὄνομα κέκτησαι, οὐ συμβαίνει τὰ πράγματα. ἢ θάτερον οὖν ἀπόλιπε, ἢ τὴν αἰδῶ μὴ καθύβριξε.

Θέο-